

## **Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

### **Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 1, k. 19ra–19rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 109 § 1–2 [Gn. 101]

[109 § 1] Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut munera, vel ob aliquam causam dimittit, vel si noxam fecerit iniustam, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem electus sit confortare et iniurias suffocare. Si querela super ipsum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum et per hoc cogitur secum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere, ut inposter[u]is patebit.

[109 § 2] Petat advocatum per sentenciam, quod super ipsum habeat [k. 19rb] querulare et per sentenciam petat, ut alium iudicem ponat loco sui, quod ipsum facere oportet. Et tu[n]c locet scultetum, qui sibi iudicare debet, ut advocatus super scultetum iudicare debuit et eodem modo scultetus iudicet advocatum. Idcirco advocatus iudicium banitum habere absque sculteto non potest, quia coram eo iure  $\vdash$ sedes<sup>a</sup> $\dashv$  se debet exhibere, si super ipsum voluerit querulare. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, tunc domino terre iudicium vacat, quod habuit, et regi bannum, si persecutus fuerit cum veris sentenciis.

<sup>a</sup> *podkropkowane w sensie skreślenia przez autora podstawy*

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]